ORDO OFFICII DIVINI

RECITANDI SACRIQUE PERAGENDI

IN USUM

ARCHIDIOECESIS GNESNENSIS

NECNON

ALMAE BASILICAE PRIMATIALIS

PRO ANNO DOMINI

1949

Wydawca: Kuria Metropolitalna w Gnieźnie.
Papier druk. sat. V kl. 70 gr. formatu 61 x 86.
Nakład: 600 egz.
Druk. ukończono 4. I. 1949 r.
w Drukarni Diecezjalnej w Włocławku,
ul. Brzeska 4.

ORDO
OFFICII DIVINI

RECITANDI SACRIQUE PERAGENDI

IN USUM

ARCHIDIOECESIS GNESNENSIS

NECNON

ALMAE BASILICAE PRIMATIALIS

1 9 4 9

Tipis Oficinae Drukarnia Diecezjalna we Włocławku
E-485460

MANDATO

EXCELLENTISSIMI
AC REVERENDISSIMI

DOMINI

LUCIANI BERNACKI

EPISCOPI TITULARIS MELENSIS
AUXILIARIS GNESNENSIS

VICARII CAPITULARIS GNESNENSIS

TABULA TEMPORARIA PRO ANNO DOMINI 1949

Littera Dominicalis	b
Littera Martyrologii	P
Aureus numerus	2
Epacta	*
Cyclus solaris	26
Indictio romana	2
Dominicae post Epiphaniam	5
Dominicae post Pentecosten	24

Festa mobilia

SS. Nominis Iesu	2 Jan.
Sanctae Familiae	9 „
Dominica Septuagesimae	13 Febr.
Dies Cinerum	2 Mart.
Septem Dolorum B. M. V.	8 Apr.
Pascha Resurrectionis	17 „
Solemnitas S. Ioseph	4 Maii
Ascensio Domini	26 „
Dominica Pentecostes	5 Iunii
Festum SS. Trinitatis	12 „
SS. Corporis Christi	16 „
SS. Cordis Iesu	24 „
D. N. I. C. Regis	30 Oct.
Dominica I Adventus	27 Nov.

Dies Rogationum

23, 24, 25 Maii.

Quatuor anni tempora

Verna	9, 11, 12 Mart.
Aestiva	8, 10, 11 Iunii
Autumnalia	21, 23, 24 Sept.
Hiemalia	14, 16, 17 Dec.

Nuptiarum solemnia

Nuptiae solemniter celebrari possunt a die 1a ianuarii usque ad diem 1am martii, a die 18 aprilis usque ad diem 26 novembris, et a die 26 usque ad diem 31 decembris inclusive.

Festa mobilia in Epiphania Domini, post Evangelium Missae solemnis, sic praenuntiantur.

Noveritis, fratres carissimi, quod, annuente Dei misericordia, sicut de Nativitate D. N. I. C. gavisi sumus, ita et de Resurrectione eiusdem Salvatoris nostri gaudium vobis annuntiamus.

Die decima tertia februarii erit Dominica in Septuagesima.

Die secunda martii dies Cinerum et initium ieiunii sacratissimae Quadragesimae.

Die decima septima aprilis sanctum Pascha D. N. I. C. cum gaudio celebrabitis.

Die vigesima sexta maii erit Ascensio D. N. I. C.

Die quinta iunii Festum Pentecostes.

Die decima sexta iunii Festum sacratissimi Corporis Christi.

Die vigesima septima novembris Dominica prima Adventus D. N. I. C., cui est honor et gloria, in saecula saeculorum. Amen.

ELENCHUS FESTORUM

in quibus animarum rectores praeter dies Dominicos Missam pro populo applicare tenentur

1. ✠ Circumcisio Domini
2. ✠ Epiphania Domini
3. † Purificitio B. M. V.
4. † S. Matthiae Apost.
5. † S. Ioseph Conf.
6. † Annuntiatio B. M. V.
7. † Feria II post Pascha
8. † Feria III post Pascha
9. † Ss. Phil. et Iac. App.
10. † Inventio S. Crucis
11. ✠ Ascensio Domini
12. † Feria II post Pent.
13. † Feria III post Pent.
14. ✠ SS. Corporis Christi
15. † Nativ. S. Ioan. Bapt.
16. ✠ Ss. Petri et Pauli App.
17. † S. Iacobi Apost.
18. † S. Annae Matris B. M. V.
19. † S. Laurentii Mart.
20. ✠ Assumptio B. M. V.
21 † S. Bartholomaei Ap.
22. † Nativitas B. M. V.
23. † S. Matthaei Ap. et Ev.
24 † Ded. S. Michaëlis Arc.
25. † Ss. Sim. et Iud. App.
26. ✠ Omnium Sanctorum.
27. † S. Andreae Apost.
28. ✠ Conc. Imm. B. M. V.
29. † S. Thomae Apost.
30. ✠ Nativitas Domini
31. † S. Stephani Protom.
32. † S. Ioannis Ap. et Ev.
33. † Ss. Innocent. Mm.
34. † S. Silvestri Pp. C.

Animarum rectores Missam pro populo applicare tenentur etiam in Festis Patronorum principalium et in aliis Festis suppressis, quae respectivo in loco, vel ex iure vel ex indulto, olim sub utroque praecepto celebrabantur.

IEIUNII ET ABSTINENTIAE LEX

Ex C. I. C.

Can. 1250. — Abstinentiae lex vetat carne iureque ex carne vesci, non autem ovis, lacticiniis et quibuslibet condimentis etiam ex adipe animalium.

Can. 1251. — § 1. Lex ieiunii praescribit ut nonnisi unica per diem comestio fiat; sed non vetat aliquid cibi mane et vespere sumere, servata tamen circa ciborum quantitatem et qualitatem probata locorum consuetudine.

§ 2. Nec vetitum est carnes ac pisces in eadem refectione permiscere; nec serotinam refectionem cum prandio permutare.

Can. 1252. — § 1. Lex solius abstinentiae servanda est singulis sextis feriis.

§ 2. Lex abstinentiae simul et ieiunii servanda est feria quarta Cinerum, feriis sextis et sabbatis Quadragesimae et feriis Quatuor Temporum, pervigiliis Pentecostes, Deiparae in caelum Assumptae, Omnium Sanctorum et Nativitatis Domini.

§ 3. Lex solius ieiunii servanda est reliquis omnibus Quadragesimae diebus.

§ 4. Diebus dominicis vel festis de praecepto lex abstinentiae, vel abstinentiae et ieiunii, vel ieiunii tantum cessat, excepto festo tempore Quadragesimae, nec pervigiliae anticipantur; item cessat Sabbato Sancto post meridiem.

Can. 1253. — His canonibus nihil immutatur de indultis particularibus, de votis cuiuslibet personae physicae vel moralis, de constitutionibus ac regulis cuiusvis religionis vel instituti approbati sive virorum sive mulierum in communi viventium etiam sine votis.

Can. 1254. — § 1. Abstinentiae lege tenentur omnes qui septimum aetatis annum expleverint.

§ 2. Lege ieunii adstringuntur omnes ab expleto vicesimo primo aetatis anno ad inceptum sexagesimum.

(**Codex Iur. Can.**, lib. III, part. II, tit. XIV).

Ordo servandus in celebrandis Missis Votivis privatis

Missa Votiva	Col.	Missa	Gloria	Orationes	Credo	Praef.	In fnne Missae
De SS. Trinitate	Alb.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dno
De Spir. Sancto	Rub	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dno
De SS. Sacram.	Alb.	Propr-	Omitt.	2 et 3 diei curr, (4)	Omitt.	De Nativ.	Bened Dno
De Passione	Viol.	Propr.	Omitt	2 et 3 diei curr. (4)	Omitt.	De Cruce	Bened. Dno
De S Cruce	Rub.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr. (4)	Omitt.	De Cruce	Bened. Dno
De SS. Cordelesu	Alb	*Cogitationes*	Omitt.	2 et 3 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dno
De B M. V. (1)	Alb.	Propr.	Omitt. nisi in sabb.	2 d. curr 3 de Sp. Sancto (5)	Omitt.	Propr.	Bd. sed. insabb.- *Ite, missa est*
De Angelis	Alb.	Propr.	Dicitur	2 et 3 diei curr (4)	Omitt	Comm. (8)	Ite, missa est
S. Joseph Sp B.M.V.	Alb.	Pnopr.	Omitt.	2 et 3 diei curr. (6)	Omitt.	Propr.	Bened. Dno
De Apostol.	Rub.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr (6)	Omitt.	De Apost.	Bened. Dno
De Sanctis (2)	Ut in eor. festo (3)	Propr' vel de Com.	Omitt.	2 et 3 diei curr (4)	Omitt	Pr. vel Comm. (8)	Bened Dno
Pro quac. neces. (9)	Viol.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr. (4)	Omitt.	Comm (8)	Bened. Dno
Pro infirm.	Viol.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. (8)	Bened. Dno
Pro Sponsis	Alb.	Propr.	Omitt	2 et 3 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. (8)	Bened. Dno
Pro defunct.	Nig.	Ut in Missali	Omitt.	unic v. pl. iuxta Rub. (7)	Omitt.	Propr.	Requiescant in pace

ADNOTATIONES

1. Dicitur una ex quinque pro diversitate Temporis, vel de Immaculata, vel de Septem Doloribus B. M. V. (Feria VI post Dominicam Passionis cum I oratione propria).

2. De Beatis dici nequit sine speciali indulto.

3. In Missa votiva Ss. Innocentium Mm. **rubro colore** utendum est.

4. Idest II de Officio diei, III de Tempore, nempe quae in Missa dicenda esset II, nisi occurrat aliqua commemoratio, quo in casu omittitur: in festis et feriis ritus simplicis dici etiam possunt quinque vel septem (cfr. infra tit. xx). Si alicubi Missae votivae permittuntur in festis duplicibus, III Oratio de Tempore omittitur. Quoad Orationem **Fidelium** et collectas a **loci** Ordinario imperatas in Missis dicendas cfr. infra tit. XVII-XIX.

5. Si occurrat aliqua commemoratio, oratio de Spiritu Sancto omittitur: in festis et in feriis ritus simplicis permittuntur quinque **vel** septem ut supra 4. Quoad Orationem **Fidelium** et collectas a **loci** Ordinario imperatas in Missis dicendas **cfr. infra** tit. XVII-XIX.

6. In Missis votivis S. Ioseph, Ss. Petri et Pauli App. ac Sancti titularis propriae ecclesiae, quando occurrit Oratio **A cunctis** in eadem Oratione, sicut et in eius Postcommunione omittuntur eorum nomina.

7. In tribus primis Missis **una** oratio; in Missa quotidiana cantata **vel** lecta **una** tantum Oratio si sub **ritu duplici** celebratur, secus tres, I pro Defuncto (a) aut (is), II ad libitum et III **Fidelium**: deficiente vel

ignorata designatione I **Deus, veniae largitor,** II ad libitum et III **Fidelium.** — In Missa quotidiana lecta, **exepta conventuali,** quinque vel septem orationes dici possunt (cfr. infra tit. XX).

8. Praefatio communis dicitur tantum, si nulla commemoratio facta Praefationem propriam habet, quae in casu dicenda est: et quando duae occurrunt Praefationes propriae, dicitur illa propria I Missae sive Officii 1, loco commemorati: hac quoque deficiente dicitur Praefatio de Octava communi vel de Tempore aut demum Praefactio communis.

9. Vel pro infirmis, pro Fidei Propagatione, etc.

Nota. — In fine legitur Evangelium S. Ioannis **In principio,** etc.: si vero facta fuerit Commemoratio quae proprium Evangelium habet, illud legitur dummodo (etsi tantum in principio) non sit idem cum illo Missae (cfr. infra tit. XXII).

REGULAE

IN MISSAE CELEBRATIONE SERVANDAE

I

De Missa celebranda in propria ecclesia vel in proprio oratorio, atque in oratorio privato

In propia ecclesia vel in proprio oratorio, diebus Missas vel de requie vel alias ut infra impedientibus, Missa regulariter conveniat cum officio celebrantis.

Pro omnibus peculiare indultum non habentibus, Missa in oratorio privato prohibetur diebus solemnioribus, nempe:

1º in solemnitatibus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis et Pentecostes;

2º in festis Assumptionis et Conceptionis Immaculatae B. M. V.;

3º in festo S. Ioseph, Sponsi B. M. V. (19 martii); et in festo Ss.Apostolorum Petri et Pauli (29 iunii);

4º in festo Omnium Sanctorum;

5º ultimo triduo Maioris Hebdomadae;

Ubi vero, ex indulto, solemnitas quorumdam festorum in Dominicam transfertur, aut suppressa est, Missa in oratoriis privatis permittitur tum die qua celebratur officium, tum die in quam transfertur solemnitas.

II

De Missa celebranda in alienis ecclesiis aut oratoriis

In alienis ecclesiis vel oratoriis publicis, diebus Missas votivas vel de requie vel alias ut infra impedientibus, Missa regulariter debet omnino convenire cum

officio loci, non autem Celebrantis; ceteris vero diebus, Sacerdos Missam celebrare potest officio vel loci, vel proprio conformem, more tamen festivo, vel de requie, vel votivam, vel aliam ut infra.

Item Calendario loci, non vero Celebrantis respondere debent Missae, quae celebrantur in oratorio semipublico principali seminariorum, collegiorum, piarum communitatum, hospitalium, carcerum et similium.

In alienis autem oratoriis privatis et in oratoriis semipublicis secundariis piarum communitatum recte adhibetur Calendarium Celebrantis, sed adhiberi potest Calendarium loci.

III

De Missa votiva cantata pro re gravi

Missa votiva solemnis pro re gravi et publica simul causa, quae scilicet de mandato vel consensu Ordinarii loci, pro qualibet vice obtinendo, in cantu celebratur cum concursu populi, prohibetur:

1º in Dominicis I classis;

2º in duplicibus I classis;

3º feria IV Cinerum; fer. II, III et IV Maioris Hebdomadae;

4º in vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes;

5º in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum;

6º in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, die 2 februarii, si fiat benedictio Candelarum, in Litaniis maioribus et minoribus, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urget, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

His diebus in Missa cantata diei currentis, etsi conventuali, sub unica conclusione cum prima oratione, additur oratio de Missa votiva impedita, non autem in

Commemoratione Omnium Fidelium Defunctiorum, neque ultimo triduo Maioris Hebdomadae, neque in festi Nativitatis Domini, Ephiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, SS. Trinitatis, SS. Corporis Christi, SS. Cordis Iesu et D. N. I. C. Regis (permittitur tamen in fer. 2. et 3.Pasch. et Pent.), neque si officium vel commemoratio sit de identico Domini mysterio vel de eadem Sancti Persona. Et fiunt tantummodo commemorationes quae Missae votivae conveniunt, ut infra notatur.

Haec Missa votiva canitur tono festivo, cum **Gloria** (nisi color sit violaceus) et **Credo** et (nisi de die Missa cantetur vel dicatur Missa convent.) cum commemoratione de duplici II classis, de Dominica quavis, etiam anticipata, et, ante commem. Dominicae minoris vel Vigiliae Epiphaniae, de quolibet festo Domini occurrente, de feria maiori, de Rogationibus, de vigilia Epiphaniae et de qualibet octava privilegiata; si tamen Missa erit pro gratiarum actione, addetur, sub unica conclusione cum prima oratione, oratio **Deus, cuius misericordiae...**

Haec tamen Missa cani nequit die in qua fiat officium aut commemoratio vel occurrat vigilia aut dies infra octavam, quamvis simplicem, de identico Domini mysterio vel de eadem Sancti Persona, de qua esset canenda Missa votiva; huius loco celebranda est Missa quae officio vel commemorationi, vigiliae aut octavae convenit, cum commemorationibus, quae in ipsa Missa votiva faciendae essent ut supra indicantur.

IV

De Missa cantata Patroni vel Titularis, vel alius festi transferendi, vel alias solummodo impediti, vel commemorati, aut cuiuscumque Sancti vel Beati in Martyrologio descripti.

I. Si festum Patroni principalis, aut Tituli vel Dedicationis propriae Ecclesiae, vel etiam Tituli aut Sancti

Fundatoris Ordinis seu Congregationis, per accidens impediatur, de eo in sua die permittitur una Missa in cantu vel commemoratio in Missa cantata diei currentis, quamvis conventuali, iisdem conditionibus, quibus permittitur Missa cantata pro re gravi, ut supra, tit. III.— Idem servatur in ecclesiis, ubi **cum magno populi concursu, cuius rei iudex erit loci Ordinarius,** celebratur festum quod transferri, aut commemorari vel accidentaliter omitti debeat, aut de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius mentio illa die fiat in Martyrologio, vel in eius appendice pro respectivis ecclesiis approbata. Huiusmodi tamen Missa dicenda est cum commemorationibus, quae respondeant ritui duplici I vel II classis, si sub hoc ritu festum in proprio Calendario fuerit inscriptum; secus cum omnibus commemorationibus ritui duplici maiori et minori congruentibus.

II. Si in aliqua Dominica reponatur solemnitas externa festi Patroni principalis, aut Tituli vel Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, quod infra praecedentem hebdomadam occurrerit, cani potest Missa de solemnitate translata, et de ea pariter legi potest unica Missa, nisi occurrat Dominica maior vel duplex I classis; quo in casu in Missa cantata diei currentis, etsi conventuali, et in altera lecta fit commemoratio de solemnitate externa, uti dictum est de Missa votiva cantata pro re gravi, sub tit. III.

III. Ubi solemnitas externa festorum, quae ante ultimam reformationem Breviarii Romani perpetuo affixa erant alicui Dominicae cum duplici I vel II classis, celebratur in ipsa Dominica **cui prius affixum erat festum** (quae tamen non sit Dominica maior aut in qua occurrat Officium nobilius ipso festo cuius solemnitas externa peragitur), de solemnitate festi duplicis I classis permittuntur Missae omnes praeter conventualem; de

solemnitate vero festi duplicis II classis permittitur tantum unica Missa solemnis vel lecta. Excipitur solemnitas externa SS. Rosarii, quae Dominica prima octobris celebrari poterit cum omnibus Missis, praeter conventualem de ipso SS. Rosario.

Omnes Missae de his solemnitatibus in Dominica celebratis semper dicuntur ut in ipso festo de quo agitur solemnitas, additis tamen commemorationibus quae fiunt in Missa votiva solemni pro re gravi et publica simul causa (cfr. supra tit. III), si solemnitas externa sit de duplici I classis; sivero sit de duplici II classis, adduntur omnes commemorationes ea die occurrentes praeterquam de die infra octavam communem, et extra Missas privatas, de festo de die octava simplici.

Quod si huiusmodi Missae impediantur ob ocurrentiam Dominicae maioris aut Dominicae in qua fiat Officium nobilius ipso festo cuius solemnitas externa peragitur, quod non sit duplex I classis Domini Ecclesiae Universalis, in omnibus Missis quae alioquin de solemnitate externe celebrata permitterentur, addatur eius Oratio sub unica conclusione cum prima.

IV. **De festis duplicibus maioribus vel minoribus aut semiduplicibus**, impeditis sive perpetuo sive accidentaliter, dici possunt Missae etiam privatae ad libitum sacerdotis, dummodo officium impediens non fuerit:

1º duplex I vel II classis;

2º Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad officium, reposita;

3º octava Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi;

4º dies octava privilegiata III ordinis, v. g. Ascensionis;

5º feria IV Cinerum, fer. II, III et IV Maioris Hebdomadae;

6º vigilia Nativitatis Domini, Epiphaniae et Pentecostes.

V. **De quovis** Officio ad Laudes commemorato, aut de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius mentio illa die fiat in Martyrologio vel in eius appendice pro respectivis ecclesiis approbata, dici possunt ritu festivo Missae etiam privatae singulis diebus, praeterquam:

1º in officiis duplicibus;

2º in quavis Dominica etiam anticipata, vel, licet quoad solam Missam, primo reposita;

3º infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Ssmi Corporis Christi et Ssmi Cordis Iesu, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

4º toto tempore Quadragesimae;

5º in feriis Quatuor Temporum;

6º in feria II Rogationum;

7º in qualibet vigilia.

V.

De Missis privatis ad libitum in feriis aut vigiliis.

In feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum, II Rogationum, et vigiliis, si occurrat officium duplex aut semiduplex (non tamen si occurrat officium duplex I aut II classis, aut octava privilegiata II ordinis, v. g. Corporis Christi), Missae privatae dici possunt ad libitum sacerdotis aut de officio diei cum commemoratione feriae vel vigiliae aut de feria vel vigilia cum commemoratione officii diei.

VI.

De Missis in oratione continua XL Horarum.

I. Iuxta Instructionem Clementiam pro oratione continua XL Horarum ad exponendum et reponendum Ssmum Sacramentum solemniter canitur, in altari expositionis, Missa votiva Ssmi Sacramenti (sine Sequentia)

cum **Gloria, Credo** et Praefatione de Nativitate. Si vero occurrat officium aut commemoratio aut dies infra octavam, etiam simplicem, **de identico Domini mysterio** (nempe de Ssmo Corpore Christi, de Sacratissimo Corde Iesu, de Passione, de Cruce, de Ssmo Redemptore, de Pretiosissimo Sanguine), tunc loco Missae votivae Ssmi Sacramenti canitur (more votivo solemni) Missa officio aut commemorationi aut octavae conveniens.

II. In Dominicis privilegiatis I classis, in festis duplicibus I classis, feria quarta Cinerum, feria secunda et tertia et quarta Maioris Hebdomadae (a mane autem feriae quintae in Coena Domini usque ad mane Sabbati sancti cessat praedicta expositio), vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, solemniter canenda est Missa diei currentis cum commemoratione Ssmi Sacramenti (etiam in festis solemnioribus et in Sabbato sancto) sub unica conclusione cum prima oratione; sed haec sommemoratio omittatur, si Missa vel commemoratio in Missa occurens sit **de identico Domini mysterio** (ut in § I explicatur).

III. Quando in Missa solemni diei currentis fit commemoratio Ssmi Sacramenti sub unica conclusione cum prima oratione (ut in § II indicatur) dicitur **Credo** (nisi Missa sub ritu simplici celebretur), Praefatio de Nativitate Domini (nisi Missa propriam habeat Praefationem) et ultimum Evangelium de Missa votiva Ssmi Sacramenti (nisi Evangelium Dominicae vel feriae vel vigiliae vel octavae legendum sit).

IV. Die medio expositionis, solemniter canitur Missa votiva **pro pace** in altari ubi Ssmum Sacramentum non est expositum neque in tabernaculo asservatur. Haec Missa celebratur cum paramentis **violacei** coloris, sine **Gloria**, et (etiam extra Dominicam) cum **Credo.** Diebus autem notatis in § II, solemniter canenda est Missa diei currentis cum commemoratione (sine ultimo Evangelio)

de Missa votiva **pro pace** (etiam in festis solemnioribus) sub unica conclusione cum prima oratione, et cum **Credo** (nisi Missa sub ritu simplici celebretur).

V. Tam in Missa votiva solemni Ssmi Sacramenti vel **pro pace**, quam in Missa solemni quae locum tenet huiusmodi Missae votivae impeditae, fit commemoratio (nisi de die Missa cantetur vel dicatur Missa conventualis) de duplici II classis, de Dominica quavis, etiam anticipata, et ante commemorationem Dominicae minoris vel vigiliae Epiphaniae, de Quadragesimae vel Quatuor Temporum, de Rogationibus, de vigilia Epiphaniae et de qualibet octava privilegiata.

VI. Tam in Missa votiva solemni **pro pace, quam** in Missa solemni quae locum tenet huiusmodi Missae votivae impeditae, addatur collecta (sine Praefatione et ultimo Evangelio) de Ssmo Sacramento, etiam in festis solemnioribus, numquam autem sub unica conclusione cum oratione Missae, sed post orationes a rubricis praescriptas; haec tamen collecta omittatur, si Missa vel commemoratio in Missa occurens sit **de identico Domini mysterio** ut in § I explicatur).

VII. Missae privatae tempore expositionis dicuntur de festo vel officio occurrenti sine **Credo** (nisi Symbolum Missae competat) cum collecta (sine Praefatione et ultimo Evangelio) de Ssmo Sacramento, etiam in festis solemnioribus, post orationes a rubricis praescriptas; haec tamen collecta omittatur, si Missa vel commemoratio in Missa occurrens sit **de identico Domini mysterio** (ut in § I explicatur), et in Missis quae in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum celebrentur. Diebus autem quibus Missae votivae privatae a rubrica permittuntur, conveniens est dicere Missam votivam Ssmi Sacramenti cum paramentis **albi coloris**, sine **Gloria** et sine **Credo**, cum secunda oratione de Officio diei

currentis et tertia oratione quae in Missa diei currentis secundo loco dicenda esset, cum Praefatione de Nativitate Domini et **Benedicamus Domino** in fine.

VIII. Die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum non licet celebrare Missam votivam solemnem Ssmi Sacramenti vel **pro pace**; sed, si ea die fiat expositio aut repositio Ssmi Sacramenti pro ortione XL Horarum, huiusmodi expositio sequatur, repositio vero cum processione praecedat Missam cantatam de die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum (in qua omittitur qualibet commemoratio pro vivis). Missae autem privatae tempore expositionis illa die dicuntur de Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum cum paramentis **violacei** coloris et extra altare expositionis.

IX. Diebus quibus exponitur et reponitur Ssmum Sacramentum, cantatur Litaniae, preces et orationes quae dici debent in expositione XL Horarum, prouti exstant in appendice Ritualis Romani anno 1925 a Sancta Sede approbati.

X. In omnibus Missis privatis, quae tempore expositionis celebrantur, non pulsetur campanula ad **Sanctus** neque ad elevationem.

XI. Sacerdos celebraturus, calicem gestans et transiens ante Ssmum Sacramentum publicae venerationi expositum, prius utrumque genu flectat, deinde caput detegat et mediocriter se inclinet, postea cooperiat caput et surgat.

VII.

De Missa votiva Sacratissimi Cordis Iesu.

Prima feria VI cuiusvis mensis in ecclesiis et oratoriis, ubi peculiaria exercitia pietatis in honorem divini Cordis, approbante loci Ordinario, mane peragun-

tur, permittitur unica Missa (solemnis vel lecta) de eodem Ssmo Corde Iesu.

Haec autem Missa, etiamsi dicatur sine cantu, celebratur cum privilegiis Missae votivae cantatae pro re gravi; ideo in ea dicuntur **Gloria** et **Credo,** fit commemoratio de duplici II classis ac de feria maiori, nisi de die Missa cantetur vel dicatur Missa conventualis. Dicuntur quoque collectae imperatae pro re gravi.

Prohibetur tamen :

1º diebus quibus fit officium aut commemoratio de quolibet festo Christi Domini, in vigilia Epiphaniae, diebus infra octavam, quamvis simplicem, cuiuslibet festi Christi Domini, atque in festo Purificationis B. M. V. (quod festo Christi Domini aequiparatur). Omnibus his diebus loco Missae votivae de Ssmo Corde Iesu, dicitur more votivo solemni Missa de occurente festo aut vigilia aut octava, sine commemoratione Ssmi Cordis Iesu;

2º die secunda vel tertia, vel quarta mensis ianuarii, qua die more votivo solemni dicitur Missa **Puer natus est nobis** de die trigesima decembris sine commemoratione Ssmi Cordis Iesu;

3º feria VI post octavam Ascensionis, qua die more votivo solemni dicitur Missa de Dominica infra octavam Ascensionis, sine commemoratione Ssmi Cordis Iesu;

4º in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, qua die prohibentur tum Missa tum commemoratio Ssmi Cordis Iesu;

5º in festis duplicibus I classis (quae non sint de Christo Domino), infra octavam Pentecostes et infra octavas alicubi privilegiatas (quae non sint de Christo Domino): quibus diebus more votivo solemni dicitur Missa diei currentis, addita commemoratione de Ssmo Corde Iesu sub unica conclusione cum prima oratione, atque dicuntur **Credo**, Praefatio et ultimum Evangelium

de Ssmo Corde Iesu (nisi Missa propriam habeat Praefationem aut ultimum Evangelium feriae legendum sit);

6º in ecclesiis ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat; item diebus festis de praecepto, etiam suppressis, in ecclesiis parochialibus unam tantum Missam habentibus, quibus in casibus, more votivo solemni dicitur Missa conventualis vel parochialis diei currentis, addita commemoratione Ssmi Cordis Iesu sub unica conclusione cum prima oratione, atque dicuntur **Gloria** (nisi color sit violaceus), **Credo** (nisi Missa sub ritu simplici celebretur), Praefatio et ultimum Evangelium de Ssmo Corde Iesu (nisi Missa propriam habeat Praefationem aut ultimum Evangelium feriae legendum sit).

VIII.

De solemnitate externa Sacratissimi Cordis Iesu ac S. Aloisii Gonzagae.

Quando eorum solemnitas externa in aliam diem ab Ordinario designatum transferatur, omnes Missae de eadem solemnitate celebrari possunt (praeter conventualem vel parochialem, ubi eam celebrandi adsit onus) exceptis, quoad Missas lectas, iis diebus, in quibus occurrant duplicia I vel II classis, Dominicae, feriae, vigiliae otavaequae privilegiatae, et quoad Missam solemnem iis tantummodo diebus in quibus occurrant duplicia I classis et dominicae privilegiatae I classis.

Quod si solemnitas externa Sacratissimi Cordis Iesu transferatur in diem in qua fit officium vel commemoratio vel occurrit vigilia, vel die infra octavam, quamvis simplicem, de eodem Christo Domino, tunc dicuntur Missae officio vel commemorationi, vigiliae aut octavae convenientes cum commemorationibus in ipsa Missa de Sacratissimo Corde Iesu faciendis, nempe de duplici II

classis, de Dominica quavis, etiam anticipata, et, ante commemorationem Dominicae minoris, de qualibet festo Domini occurrente, de feria maiori, de Rogationibus, et de áliqua ex vigiliis aut octava privilegiatis, nisi tamen alia Missa habeatur conventualis vel in cantu in qua sola eo in casu haec commemorationes faciendae essent (cfr. Dec. S. R. C. 20 aprilis 1923, n. 4384 ad 1 et novae Rubricae Missalis, tit. V, nn. 3 et 4 et tit. VI, nn. 1 et 4).

In Missa de solemnitate externa S. Aloysii ut supra translata fiunt omnes commemorationes quae conveniunt ritui duplici minori, nisi alia Missa habeatur vel conventualis vel in cantu in qua hae commemorationes fiant, neque excluduntur collectae ab Ordinario imperatae.

IX.

De Missa votiva D.N. Iesu Christi Summi et Aeterni Sacerdotis.

Ex Decreto S. R. C., diei 11 Martii 1936, primis feriis V cuiusque mensis in ecclesiis vel oratoriis, ubi de consensu respectivi Ordinarii peculiaria exercitia pietatis pro Cleri sanctificatione **mane** peraguntur, **una** Missa votiva de Iesu Christo Summo et Aeterno Sacerdote litari potest.

Haec autem unica Missa, etiamsi dicatur sine cantu, habenda est tamquam votiva privilegiata solemnis; in ea adhibetur color **albus** et dicuntur **Gloria, Credo,** Praefatio de Cruce, **Ite, Missa est,** fit commemoratio de feria maiori, nisi Missa de die cantetur vel dicatur Missa conventualis. Dicuntur quoque collectae imperatae pro re gravi.

Prohibetur tamen:

1º diebus quibus fit officium aut commemoratio de quolibet festo Christi Domini, in vigilia Epiphaniae, die-

bus infra octavam, quamvis simplicem, cuiuslibet festi Christi Domini (atque in festo Purificationis B.M.V., quod festo Christi Domini aequiparatur). Omnibus his diebus, loco Missae votivae de D.N.I.C. Summo et Aeterno Sacerdote dicitur more votivo solemni Missa de occurrente festo aut vigilia aut octava, sine commemoratione D.N.I.C. Summi et Aeterni Sacerdotis;

2º die secunda vel tertia vel quarta mensis ianuarii, qua die more votivo solemni dicitur Missa **Puer natus est nobis** de die trigesima decembris sine commemoratione D.N.I.C. Summi et Aeterni Sacerdotis;

3º in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, qua die prohibentur tum Missa tum commemoratio D. N. I. C. Summi et Aeterni Sacerdotis;

4º in festis duplicibus I et II classis (quae non sint de Christo Domino), infra octavam Pentecostes et infra octavas alicubi privilegiatas (quae non sint de Christo Domino): quibus diebus more votivo solemni dicitur Missa diei currentis, addita commemoratione de D. N. I. C. Summo et Aeterno Socerdote sub unica conclusione cum prima oratione, atque dicuntur **Credo**, Praefatio de Cruce et ultimum Evangelium de D. N. I. C. Summo et Aeterno Sacerdote (nisi Missa propriam habeat Praefationem aut ultimum Evangelium feriae legendum sit);

5º in ecclesiis ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat; item diebus festis de praecepto, etiam suppressis, in ecclesiis parochialibus unam tantum Missam habentibus, in casibus, more votivo solemni dicitur Missa conventualis vel parochialis diei currentis, addita commemoratione D. N. I. C. Summi et Aeterni Sacerdotis sub unica conclusione cum prima oratione, atque dicuntur **Gloria** (nisi color sit violaceus), **Credo** (nisi Missa sub ritu simplici celebretur), Praefatio de Cruce et ultimum

Evangelium de D. N. I. C. Summo et Aeterno Sacerdote (nisi Missa propriam habeat Praefationem aut ultimum Evangelium feriae legendum sit).

Ex eodem Decreto, loco feriae V etiam primo Sabbato mensis de consensu Episcopi cum praefatis privilegiis dictum pium exercitium peragi valet, servatis tamen praescriptis iniunctionibus.

Dicta Missa votiva de D. N. I. C. Summo et Aeterno Sacerdote prohibetur etiam in vigilia Pentecostes, qua die more votivo solemni dicitur Missa diei currentis, addita commemoratione de D. N. I. C. Summo et Aeterno Sacerdote sub unica conclusione cum prima oratione, atque dicuntur **Credo** et ultimum Evangelium de D. N. I. C. Summo et Aeterno Sacerdote.

Quoties a Rubricis permittuntur Missae votivae privatae (cfr. infra tit. XII et XIII), celebrari potest eadem Missa votiva D. N. I. C. Summi et Aeterni Sacerdotis. Quibus diebus eam legere liceat in hoc Kalendario signum V.

Haec Missa dicitur in colore **albo**, sine **Gloria** et sine **Credo**, cum Praefatione de Cruce et **Benedicamus Domino** in fine. Tres extra hebdomadam Passionis dicuntur orationes, tempore Passionis duae. — Circa orationem **Fidelium** pro Defunctis, collectae a loci Ordinario imperatas in Missis dicendas et Evangelium in fine Missae legendum cfr. infra tit. XVII, XIX et XXII.

X.

De Missa votiva pro Sponsis.

Permittitur quotidie per annum extra tempus clausum, nempe a Nativitate Domini exclusive usque ad feriam IV Cinerum exclusive et a die Paschalis exclusive usque ad primam Dominicam Adventus exclusive. Permittitur etiam tempore clauso, quoties Ordinarius loci

ex iusta causa benedictionem nuptialem permiserit. Prohibetur tamen:

1º diebus Dominicis et festivis de praecepto, etiam suppressis:

2º in duplicibus I et II classis;

3º in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes;

4º infra octavas Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi;

5º in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum;

6º feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

7º in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

Haec Missa dicitur in colore **albo,** sine **Gloria** et sine **Credo,** cum **Benedicamus Domino** in fine. Tres extra hebdomadam Passionis dicuntur orationes, tempore Passionis duae; si vero celebretur in festo ritus duplicis, fiunt tantum commemorationes occurentes, et omittitur tertia oratio de tempore. Dicitur Praefatio Communis, vel de tempore, vel de octava, vel de festo commemorato. — Circa orationem **Fidelium** pro Defunctis, collectas a loci Ordinario imperatas in Missis dicendas et Evangelium in fine Missae legendum cfr. infra tit. XVII, XIX et XXII.

Diebus ut supra impeditis, etiam tempore clauso, si intercedat Ordinarii permissio, legitur Missa de die cum commemoratione pro Sponsis sub unica conclusione cum prima oratione ac datur benedictio pro eis propria, praeterquam in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, in qua et Missa et oratio et benedictio prohibentur.

TABULA DE MISSA VOTIVA PRO SPONSIS.

Dies	Missa	Color	Gloria	Oratioees	Credo	Praef.	In fine	Ult. Evang
In Dupl. I et II cl	Ut in Kalendario		Dicitur	Ut in Kalendario. et. sub unica concl. cum Oraɿ. Missae, dic. Orat. pro Sponsis	Ut in Kal.		IteMissa est	semper. S. Ioannis dummodo facta non fuerit Comm habens pr. Ev. quod non sit (etsi in principio) id. cum illo Misae.
In Dom.: Fest. de praecept. et in Vig. privil.			Ut in Kal.		Ut in Kalendario			
In Feriis privileg			Omitt.		Omitt.	Ut in Kalendario	Ben. D. no	
Intra Oct privil. I et II Ord.			Dicitur		dicitur		Ite Missa est	
Dieb. Rogat, si fiat proces in Eccl. I tt Miss. hab.			Omitt.		Omitt.		Ben. D. no	
In Festis int. Oct. privil II Ord. vel. int. Oct. commun.	pro Sponso et Sponsa	albus	omittitur	2 de Off. crrr., 3 de Octava: 4 De simpl. si adsit.	omittitur		Benedicamus Domino	
In Offic. de oct. vel privil III Ord vel commun.				2 de Oct: quae in Kalend dicenda est secundo loco				
In Dupl. maj. et min.				2 de Off. curr 3 simpl. vel Fer. si occ.		De Sanctiss Trinit. n. de Off. commem., si habeat, vel de Temp., secus, Communis		
In Semidupl.				2 de Off. curr. 3 Simpl. vel Fer. si occur.; vel pro div temp.				
In Dom anticip.				2 de Dom ant 3 quae in Kalend. dihenda erit secundo loco				

XI.

De Missa votiva Pro Fidei Propagatione.

In singulis ecclesiis vel oratoriis, die a loci Ordinario designato celebrari potest **semel in anno** Missa votiva **de Propagatione Fidei** etiam in festis duplicibus minoribus vel maioribus; prohibetur tamen:

1º in festis duplicibus I et II classis;

2º in dominicis maioribus I et II classis;

3º infra octavas privilegiatas I et II ordinis, nempe Pascha, Pentecostes, Epiphaniae, Corporis Christi;

4º in feriis privilegiatis, nempe feria IV Cinerum, feriis II, III, IV maioris hebdomadae;

5º in vigiliis privilegiatis, id est in vigiliis Nativitatis Domini, Epiphaniae et Pentecostes;

6º in commemoratione omnium Fidelium Defunctorum;

7º in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat;

8º ubi urgeat onus Missae votivae de Ssmo Sacramento pro Oratione XL Horarum, etc.

Haec Missa dicitur in col. **viol.**, cum omnibus commemorationibus et orationibus ritui duplici maiori vel minori congruentibus, sine **Gloria**, cum **Credo (Ephem. lit.**, 1922, p. 181 sqq. et p. 304—305; 1927, p. 9).

Si quando autem huiusmodi Missa votiva quomodolibet impediatur, fieri potest eius Commemoratio sub unica conclusione cum prima oratione, iuxta rubricas.

Quoties, ritus id permittat, juxta dicta in hac pag., n. XIII: **De Missis votivis sine cantu**, haec Missa votiva **Pro Fidei Propagatione privatim** dici potest. Quibus diebus eam legere liceat innuit in hoc Kalendario signum V; quo vero ritu celebranda sit dicitur p. VIII in **Ordine servando in celebrandis Missis votivis privatis, ubi de Missa votiv. Pro quac. necessit.**

XII.

De Missis votivis cantatis pro re non gravi.

Missae votivae cantatae pro re non gravi permittuntur quandocumque non occurit officium duplex, aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad officium, reposita; sed prohibentur:

1⁰ feria IV Cinerum; fer. II, III et IV Maioris Hebdomadae;

2⁰ in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et. Pentecostes;

3⁰ infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschalis, Ascensionis, Pentecostes, Ssmi Corporis Christi et Ssmi Cordis Iesu, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

4⁰ in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, diebus Rogationum si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

XIII.

De Missis votivis sine cantu.

Missae votivae sine cantu permittuntur, ex rationabili tamen causa, quandocumque non occurit officium duplex, aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad officium, reposita; sed, etsi dicantur pro aliqua causa gravi, prohibentur:

1⁰ in feriis Quatuor Temporum, in feriis Adventus a die 17 ad 23 decembris inclusive, a feria IV Cinerum usque ad feriam IV Maioris Hebdomadae inclusive; in feria II Rogationum (non autem in feria VI post octavam Ascensionis);

2⁰ in omnibus vigiliis;

3⁰ infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Ssmi Corporis Christi et Ssmi Cordis Iesu, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

4⁰ diebus octavis simplicibus (v. g. diebus 2, 3, 4 ianuarii) etiamsi tantum commemoratis;

5⁰ diebus in quibus primo resumitur Missa Dominicae impedita;

6⁰ in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

XIV.

De Missis defunctorum pro diebus privilegiatis.

I. MISSA UNICA CANTATA (vel etiam, pro pauperibus lecta) pro die obitus, etiam absente rationabilem ob causam vel iam sepulto cadavere, permittitur in ecclesia ubi exsequiale funus defuncti agitur, sed prohibetur:

1⁰ in in festis Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Ssmae Trinitatis, Ssmi Corporis Christi, Ssmi Cordis Iesu, D. N. I. C. Regis, Conceptionis Immaculatae, Annuntiationis et Assumptionis B. M. V., Dedicationis S. Michaëlis Archangeli, Nativitatis S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph (19 martii, ac feria IV infra hebdomadam II post octavam Paschae), Ss. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, et ultimo triduo Maioris Hebdomadae, non autem feriis II et III post Pascha et Pentecosten, neque prima die iulii;

2⁰ in festis Dedicationis ac Tituli ecclesiae ipsius in qua funus agi deberet;

3⁰ in festo Patroni principalis loci, et, pro religiosis Institutis, in festis Tituli ac Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis.

Si solemnitas externa horum festorum fuerit in Dominicam translata, Missa exsequialis prohibetur tantum in Dominica in qua agitur solemnitas.

Quoties haec Missa a rubricis, ut supra, impeditur, transferri potest in proximiorem sequentem diem similiter non impeditam.

Quod si in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum agatur funus alicuius defuncti, sumatur prima Missa, et in ecclesiis et oratoriis ubi prima Missa solemniter celebrata fuerit, aut pro officio diei distincte sit dein celebranda, dicatur secunda, aut demum tertia Missa; addita tamen in ipsa Missa exsequiali, sub unica conclusione, oratione pro eodem defuncto, ut pro die obitus.

II. MISSAE PRIVATAE in ecclesia aut orator publico, ubi exsequiale funus defuncti solemniter agitur, ipsa die dici possunt de requie pro die obitus ut supra (dummodo pro ipso defuncto applicentur); prohibentur vero:

1º in Dominicis aut festis de praecepto, licet suppressis;

2º in duplicibus I vel II classis, etiam translatis;

3º in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum;

4º in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes;

5º feria IV Cinerum, II, III et IV Maioris Hebdomadae;

6º infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, Pentecostes, Ssmi Corporis Christi et Ssmi Cordis Iesu, aliasque octavas alicubi privilegiatas.

Huiusmodi Missae privatae pariter celebrari possunt, unica die ad libitum, ab obitu usque ad depositionem defuncti in oratoriis semipublicis, quae, deficiente ecclesia vel oratorio publico, horum locum teneant; necnon quotidie per idem tempus in oratioriis semipublicis, quae locum ecclesiae vel oratorii publici non teneant, et in oratoriis stricte privatis domus defuncti; dummodo

cadaver sit physice praesens in domo, ubi erecta sunt ipsa oratoria et dies impedita non occurrat.

III. MISSA UNICA CANTATA VEL LECTA in die III, VII, XXX et anniversaria ab obitu vel depositione defunctorum et opportuniori die post acceptum mortis nuntium, permittitur in qualibet ecclesia, dummodo, non occurrant dies qui Missas privatas pro die obitus, ut supra, impediant; quo in casu, huiusmodi Missa in proximiorem diem pariter non impeditam anticipari, si anticipari valeat, aut transferri potest, dummodo in cantu celebretur.

Idem servatur pro unica Missa cantata in anniversariis quae extra diem obitus ex fundatione celebrantur, vel quae pro omnibus defunctis alicuius coetus semel quolibet anno habentur.

Idem quoque servatur pro Missis quae per octiduum, a Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum inclusive computandum, pro fidelium pietate pariter in cantu peraguntur: quae tamen Missae extra octiduum ipsum anticipari et transferri nequeunt.

Item, in ecclesia vel oratorio publico ac principali sepulcreti, immo et in quolibet sacello sepulcreti rite erecto vel erigendo, Missae quae inibi celebrari permittuntur, possunt esse de requie: dummodo non occurrat Dominica, aut festum de praecepto, licet suppressum, duplex I vel II classis, etiam translatum, aut aliqua ex feriis, vigiliis vel octavis privilegiatis (ut supra). Hoc tamen privilegium non favet aliis ecclesiis vel cappellis extra coemeterium, subter quas, licet ad legitimam distantiam, alicuius defuncti cadaver quiescit; neque ecclesiis, oratoriis publicis et sacellis sepulcreti in quo olim cadavera sepeliebantur, quod sepulcretum tamen qualibet ex causa derelictum est, ita ut defuncti sepeliri in eo non amplius soleant; neque ecclesiis quae licet circumiacens habeant coemeterium, tamen adiunctum chorale onus, aut curam animarum adnexam habent.

TABELA DE MISSIS DEFUNCTORUM

C = conceditur P = prohibetur	Missae cantatae				Missae lectae	
	Exsequialis (p opauperibus etiam lecta)	Die 3,7,30, in anniv. sive stricte sive late sumpto; in O tiduo OO Fid Def; opportun. die post nunt et in translatione cadaveris	Quotidianae	n Sacellis Sepulcret stve cant sive lectae	Occas funer exseq.; Die 3,7,30; in annivers stricte sumpto; e opportun die post nunt obitus unica Missa	Quotidianae
Temp. solemn. Exposit S-smi Sacr.	P	P	P	P	P	P
Urg. onere Missae Convent vel. Parochialis	P	P	P	P	P	P
Ult Triquo Hebd Major — Dominicis Pasch. et. Pent.	P	P	P	P	P	P
Festis Nativ., Epiph et Ascens. Dni, SS Trinitatis	P	P	P	P	P	P
SS. Corp. Chr. - S. Cordis J.- D.N J. Christi Regis	P	P	P	P	P	P
mac. Concept. — Annunt et Assumpt. B. M. V.	P	P	P	P	P	P
Dedic. S. Michaelis Arch. - S Joseph. (19 mart.)	P	P	P	P	P	P
Solemnitas. Joseph-Nativ. S. Joannis Bapt.	P[1]	P	P	P	P	P
SS Petri et Pauli - Omnium Sanct.	P	P	P	P	P	P
Dedic et Titul Eccl. propr — Patroni princip. loci	P[1]	P	P	P	P	P
Titul. et S. Fundat. Ordinis seu Congregationis	P[1]	P	P	P	P	P
Commem. OO. Fidelium Defunctor.	C[2]	P	P	P	P	P
Die 2 Febr. Fer. IV Ciner Dom. Palmarum	C[3]	P	P	P	P	P
Litan. maior. — Vigilia Pentecostes	C[3]	P	P	P	P	P
Litan minor.	C[3]	C[3]	C[5]	C[3]	C[3]	P[4]

TABELA DE MISSIS DEFUNCTORUM

C = conceditur P = prohibetur	Missae cantatae			In Sacellis S pulcreti sive cant sive lectae	Missae lectae	
	Exsequialis (pro pauperibus etiam lecta)	Die 3,7,3 , in anniv. sive stricte sive late s mpto; in Octidu › OO Fid Def; opportun. die post nunt ef in translatione cadaveris.	Quotidianae		Occ s, funer exseq : Die 3,7.30, in aninvers. stricte sumpto, et pportun die post nunt obitus unica Missa	Quotidianae
In Dominicis et Festis de praecepto, licet suppres.is	C	P	P	P	P	P
Vigil et Octav Nativit et E iphaniae Domini	C	P	P	P	P	P
Fer. II. III. et IV. Maior, Hebdomadae	C	P	P	P	P	P
Octav. asch et Pentec (etiam II-et II) Ascen, Corp. Ch et S. Cor Jesu	C	P	P	P	P	P
Reliqui Dublicibus I et II classis	C	P	P	P	P	P
Duplicibus maioribus et minoribus	C	C	P	C	C	P
Dominicis anticip. - Dominicis etiam quoad Offic. reposit.	C	C	P	C	C	P
Die in qua resumitur Missa Dominicae imped	C	C	C	C	C	P5
Fer is Quadragesimae et Hebdomadae Passionis	C	C	C	C	C	P
Feriis Quat. Tempor — et Antiph. maior.	C	C	C	C	C	P
Diebus Octav. simpl. — et Vigiliis commun	C	C	C	C	C	P
Semidupl. et reliquis Simplicibus	C	C	C	C	C	C
Infra Oct comm. et Fer. 6 post Octav Ascension	C	C	C	C	C	C
Feriis Advent et Feriis commun.	C	C	C	C	C	C

XV

De Missis quotidianis defunctorum

I. Missae quotidianae defunctorum **sine cantu** celebrari possunt quandocumque non occurrit officium duplex aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad officium, reposita; prohibentur tamen:

1º infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Ssmi Corporis Christi et Ssmi Cordis Iesu, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

2º toto quadragesimali tempore, excepta in unaquaque hebdomada, post feriam IV Cinerum, prima die libera a festo ritus duplicis, a feria Quatuor Temporum, a vigilia quavis et a feria privilegiata;

3º in feriis Quatuor Temporum; in feriis Adventus a die 17 ad 23 decembris inclusive; in feria II Rogationum (non autem in feria VI post octavam Ascensionis);

4º in omnibus vigiliis;

5º diebus octavis simplicibus (v. g. diebus 2, 3, 4 ianuarii), etiamsi tantum commemoratis;

6º diebus in quibus primo resumitur Missa Dominicae impedita.

II Missae quotidianae defunctorum **in cantu** permittuntur quandocumque non occurrit officium duplex aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad officium, reposita; sed prohibentur:

1º infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Ssmi Corporis Christi et Ssmi Cordis Iesu, aliasque alicubi privilegiatas;

2º feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

3º in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes.

XVI

De qualibet Missa defunctorum

QUAELIBET MISSA DEFUNCTORUM etiam in die aut pro die obitus, in ecclesiis ubi habeatur expositio Ssmi Sacramenti, prohibetur toto expositionis tempore, praeterquam Missae de Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.

Prohibetur insuper quoties urgeat obligatio Missae conventualis vel parochialis, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

